



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Orationes iaculatoriæ ex Psalmis desumptæ quibus auxiliu[m] contra
inimicorum persecutiones imploratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

per vniuersum hunc hortulum disperfi: qui ab ijs, qui se sanctæ orationis exercitationi tradere voluerint, omni studio ac diligentia colligendi & carpenti sunt.

Quod vt facilius fiat: aliquot hæc orationes iaculatorias ex psalmis depromptas, iuxta varietatem affectuum subijciemus, ad quarum imitationem vnusquisque alias prout eum spiritus sancti vnctio docuerit, sibi conquirere poterit.

Ad opem in persecutionibus inimicorum implorandam.

*Orationes
iaculatorie.
Psalm. 3.*

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me.

Psalm. 7.

Domine Deus meus in te speravi, saluum me fac, ex omnibus persecuentibus me, & libera me.

Psalm. 9.

Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis. Vt quid Domine recessisti longè, despicias in oportunitatibus, in tribulatione.

Exurge Domine Deus meus & exal-

PARS SECVNDA. 327

exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.

Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo non requireret.

Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper; orphano tu eris adiutor, vsquequo Domine obliuisceris me in finem: *Psal. 12.* vsquequo auertis faciem tuam à me.

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me; respice & exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus praualui aduersus eum.

Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

Ad te Domine leuaui animam *Psal. 24* meam: Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei:

Os etenim

etenim vniuersi qui sustinent te,
non confundentur.

Respice in me, & miserere mei:
quoniam vnicus & pauper sum
ego.

Tribulationes cordis mei mul-
tiplicate sunt, de necessitatibus me-
is erue me.

Respice inimicos meos, quoniam
multiplicati sunt: & odio iniquo
oderunt me.

Psalm. 30.

In te Domine speraui, non con-
fundar in æternum: in iustitia tua
libera me.

Esto mihi in Deum protectorem,
& in domum refugij, vt saluum me
facias.

In manus tuas commendo spiri-
tum meum: redemisti me Domine
Deus veritatis.

Eripe me de manu inimicorum
meorum: & à persequentibus me.

Psalm. 35.

Tu es refugium meum à tribula-
tione quæ circundedit me: exulta-
tio mea, erue me à circundantibus
me.

Psalm. 34.

Iudica Domine nocentes me:

cx

expugna impugnantes me.

Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam & conclude aduersus eos qui persequuntur me; dic animæ meæ salus tua ego sum.

Domine quando respicies; restitue animam meam à malignitate eorum; à leonibus vnicam meam.

Vidisti Domine, ne fileas: Domine ne discedas à me.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discefferis à me. *Psalm. 37.*

Intende in adiutorium meum: Domine Deus salutis meæ.

Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice. *Psalm. 39.*

Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

Quare oblitus es mei; & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? *Psalm. 41.*

Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue

me.

O 6 Quia

324 HORTUS GRAT.

Quia tu es Deus fortitudo mea:
quare me repulisti? & quare tristis
incedo dum affligit me inimicus?

Psal. 43.

Exurge quare obdormis Domine:
exurge & ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis; obliuisceris inopia nostra, & tribulationis nostrae?

Exurge Domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.

Psal. 53.

Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Psal. 55.

Miserere mei Deus quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

Psal. 56.

Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Psal. 58.

Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.

Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.

Exurge in occursum meum, & vide

PARS SECVNDA. 335

vide: & tu Domine Deus virtutum
Deus Israel.

Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis. *Psal. 59.*

Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aque vsque ad animam meam. *Psal. 68.*

Infixus sum in limo profundis: & non est substantia.

Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aqua: neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.

Exaudi me Domine quoniam benigna est misericordia tua; secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor, v. lociter exaudi me.

O 7 Intende

Intende animæ meæ & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Psalm. 69.

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

Ego verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Psalm. 70.

In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui.

Quoniam tu es patientia mea Domine: Domine spes mea à iuuentute mea.

Ne proicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam,

PARS SECUNDA. 327

meam, consilium fecerunt in vnum.

Dicentes: Deus dereliquit eum:
persequimini & comprehendite
eum: quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris à me: Deus
meus in auxilium meum respice.

Deus iniqui insurrexerunt ad- *Psalm. 85.*
uersum me: & fortes quæsierunt
animam meam: & non proposue-
runt te in conspectu suo.

Respice in me, & miserere mei:
da imperium tuum puero tuo: &
saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum:
vt videant qui oderunt me & con-
fundantur: quoniam tu Domine
adiuuisisti me, & consolatus es
me.

Tuus sum ego, saluum me fac:
quoniã iustificationes tuas exqui-
siui.

Humiliatus sum vsquequaque: *Psalm. 118.*
Domine viuifica me secundum ver-
bum tuum.

Adiutor & susceptor meus es
tu: & in verbum tuum superspera-
ui.

Feci

38. HORTVS ORAT.

Feci iudicium & iusticiam: non tradas me calumniantibus me.

Aspice in me, & miserere mei: secundum iudiciū diligentium nomen tuum.

Redime me à calumnijs hominum: vt custodiam mandata tua.

Psalm. 108. Libera me quia egenus, & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me.

Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac secundum misericordiam tuam.

Psalm. 118. Vide humilitatem meam & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.

Psalm. 119. Domine libera animam meam, à labijs iniquis & à lingua dolosa.

Psalm. 122. Ad te leuavi oculos meos: qui habitas in caelis.

Psalm. 139. Eripe me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Ne tradas me Domine à desidio meo peccatori: cogitauerunt

PARS SECUNDA. 329

contra me: ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Libera me à persequentibus me: quoniam confortati sunt super me. *Psalm. 146.*

Eripe me de inimicis meis: Domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. *Psalm. 142.*

Emitte manum tuam de alto: eripe me & libera me de aquis multis: & de manu filiorum alienorum. *Psalm. 143.*

Ad Deum orandum: ut orationes exaudiat.

Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum. *Psalm. 5.*

Intende voci orationis meae: Rex meus & Deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine: mané exaudies vocem meam.

Exaudi Domine iustitiam meam: Intende deprecationem meam. *Psalm. 16.*

Auribus percipe orationem meam: non in labijs dolosis.

Ego clamavi quoniam exaudisti me.